66

ipsum et ad scientiam tuam te deus dirigit intus enim po-
suit quod requirit nec enim medicamentum uulneribus
tuis longe opus habes inquirere peccatorum
tuorum indulgentiam. Si uis intus in cella proprio cordis
tui potius quis inuenire. Sed dicit aliquis tanta mala
me inimicus meus conpulit facere ut eum nul-
la ratione possum diligere. Adtendis quid tibi fecerit
homo et non adtendis quid tu feceris deo. Si conscien-
tiam tuam diligenter discutis et inquiris sine ulla
conpensatione maiora tu peccata committis in
deum quam tibi committit homo. Et qua fronte uis ut tibi deus
dignetur dimittere multa cum tu non adquiescis dimit-
tere pauca. Si haec quae superius diximus spiritalia me-
dicamenta sicut deo propitiante consueuistis libenter accipi-
atis et in anima uestra sancta conscientiae puritatem perditam diligentissime
custodiatis auxiliante domino uenena diaboli non timebitis et ab odio
et iracundia aut numquam nobis animarum uulnera ingeruntur
aut si forte subrepserint cito per caritatem propria sanantur remedio
cantur ... praestante domino nostro ihesu christo cui est honor

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

HESSEN

Staatliche Schlösser und Gärten Hessen

Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation

Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991

© Biblioteca Apostolica Vaticana

http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_220/0137